

Collect. Apostolic. dec. verb. Collegiata num. 5. (52. Quænam autem Collegiata dicatur Insignis, in Jure Canonico definitum non est. Unde res ex facto dependet, attento nomine *Insignis*, quod Ecclesiæ nobilitatem, et excellentiam præsefert. (53. Et D. D. volunt, quod Collegiata communiter reputetur, et dicatur insignis, si sit Matrix in loco, præcedatque aliis in publicis functionibus, sit antiqua, et conspicua quoad structuram materiale, et numerositatem Dignitatum, et Canoniorum, aliorumve Ministrorum; sitque in loco, seu Oppido nobili, et numero, et peritorum copioso. Card. de Luca de præminent. disc. 8. num. 14. Barbosa in cap. Transmissæ 33. de verbor. signific. et de jure Eccles. lib. 2. c. 6. num. 15. et de Canon. c. 2. n. 18. Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæst. 15. a num. 1. ad 9. Corrad. in praxi Benefic. lib. 1. cap. 1. num. 17. Aloys. Ricc. in Collect. dec. par. 6. collectan. 2350. vers. insignis, Petra loc. cit. num. 36. et plene Rota dec. 29. per tot. part. 2. divers. (54. Et quod in dijudicatione hujusmodi Insignitatis fieri possit consideratio ex qualitate loci, fuit decisum a Sacra Rituum Congreg. in una Collegiata Ecclesiæ Sancti Pauli Civitatis novæ Firmæ Diocesis ad instantiam D. Ludovici Centoflorini, qui obtinuit dictam Collegiatam dici insignem, eo quod oppidum, in quo sita est, insigne reddat numerus quatuor mille habitatorum, hoc est focularium 820. quatuor Regularium Conventus, et unum Monasterium Monialium, copia peritorum, et nobilium ibi existentium. Sic refert Massobrius in sua praxi habendi concursus præhud. 2. dub. 2. et tract. de Synodo Episcopi cap. 4. dub. 14. num. 9. et ex ipso Barbosa locis citatis. Et insuper refert Massobrius ibidem, quod idem D. Ludovicus supplicavit Sacram Rituum Congregationem, ut dignaretur declarare: Primo: An Canonici Ecclesiarum Collegiatarum insignium debeant præcedere in Synodo Canonice Ecclesiarum non insignium? Secundo: An debeant adhuc præcedere, si Ecclesia Collegiata non insignis sit antiquior in erectione? Tertio: quid si erectio Collegiatae Insignis facta fuerit sine præjudicio alicujus? (55. Sacra Rituum Congregatio ad primum respondit, Canonice Ecclesiarum Collegiatarum Insignium præferendos esse in Synodo, ac processione Canonice Ecclesiarum Collegiatarum non Insignium. (56. Ad secundum, itidem præferendos esse, etiamsi Ecclesia Collegiata non Insignis sit antiquior in erectione. (57. Ad tertium, idem procedere, etiamsi erectio Collegiatae Insignis facta fuerit cum clausula, sine alicujus præjudicio, cum eo ipso, quod Ecclesia est effecta Insignis, gaudeat privilegiis Ecclesiarum insignium. Sic ipse Massobrius loc. cit. et ex ipso Barbosa in cap. Transmissæ 33. de verbor. significat. n. 3.

(58. Pro expensis factis a Canonice pro obtinendo Indulto deferendi Cappas, et Rochettum, non possunt ab ipsis alienari bona Ecclesiæ. Sacra Congregatio Concilii in una

Pratensi Beneplaciti die 7. Julii 1696. quæ denegavit Capitulo facultatem alienandi Capitale Scutorum 25. aureorum relictorum eidem cum libera facultate erogandi pro Ecclesia, ad effectum convertendi dictum Capitale pro expensis Bullæ Indulti deferendi Cappas et Rochettum, quia non considerabatur utilitas evidens Ecclesiæ, licet majus decus Canoniorum. (59. Et eadem Sacra Congreg. Concilii in una *Montis Regalis 19. Maii 1708.* occasione, qua in Civitate Cunei ejusdem Diocesis erecta fuerat Collegiata, adhibita tantum auctoritate Ordinarii. Cumque Episcopus successor Canonice coegisset ad obtinendam, prout ab initio obtinere debuerant, dispensationem Apostolicam; pro qua quemadmodum etiam pro Indulto deferendi Rochettum, et Cappas, nonnullas fecerunt expensas. Unde pro eorum satisfactione supplicarunt pro facultate alienandi, seu obligandi quædam stabilia Ecclesiæ, quam eadem Sacra Congregatio die, qua supra, concessit tantum pro expensis factis pro erectione Collegiatae, non autem pro Indulto deferendi Cappas, et Rochettum. (60. Collegiata Ecclesia circa ritus, et cæremonias debet servare laudabiles, et antiquas consuetudines aliarum similium Ecclesiarum Provinciæ. Sac. Rituum Congr. in Ter. 25. Febr. 1607. (61. Collegiatae Ecclesiæ statuta quærenda sunt a proprio Episcopo. Ead. S. Rituum Congr. in Mediol. 28. Sept. 1602. (62. Collegiata debet præcedere omnibus aliis Ecclesiis simplicibus, vel quæ tantum Parochiales sunt. S. Rituum Congr. in Nolana 10. Jun. 1620. et in Sen. 23. Mart. 1619. et 4. April. 1620. (63. Etiamsi antequam erigeretur in Collegiatam, illis cederet. Ead. Sac. Congreg. in Teracinensi Somnini 24. Febr. 1606. (64. Archipresbyter, et Canonici Collegiatae, quæ non est Parochia, possunt benedicere cineres, et palmas, populoque distribuere, similiter aquam, ignem, ova, fructus, et cætera omnia secundum Ritum Sanctæ Matris Ecclesiæ, sed non possunt Sabbato Sancto, vel alio tempore aspergere publice domos Aqua benedicta, vel aliquid alium actum jurisdictionis Parochialis exercere. Similiter non possunt Sabbato Sancto pulsare Campanas ante Parochialem, neque alios communicare in Paschate, nisi Presbyteros, et Clericos suæ Collegiatae. Sac. Congreg. Episcop. in Senogallien. 21. Julii 1578. (65. Canonici Collegiatae non tenentur inservire Episcopo extra eorum Ecclesiam, nisi in casu necessitatis, aut contrariæ consuetudinis. Sac. Cong. Episc. in Verulana 20. Julii 1592. in Adr. 10. Martii 1597. et 20. Martii 1637. (66. Canonici Collegiatae non tenentur intervenire processioni SS. Sacramenti, quæ fit in Cathedrali qualibet tertia Dominica mensis, quia illa est privata Processio, cui non tenentur intervenire, nisi Clerici illius Ecclesiæ, in qua fit. Sacra Congregatio Episcop. in Verulana 20. Julii 1592.

(67. Collegiata nuper erecta subjecta est Ordinario, nec habet præcedentiam super

alias. S. C. Episc. in Nolana 29. Maii 1601. (68. Capitulum Cathedralis præbere non potest ullam molestiam Capitulo Collegiatae, quod teneat Clericos ad cantandum in Choro, et extra, et serviendum Missis, et aliis Divinis Officiis cum Cotta, et vestibus talibus, eundem ad processiones, sepeliendum mortuos, et celebranda Divina Officia in aliis Ecclesiis, ubi invitantur. Sac. Cong. Episc. in Barchinonen. 21. April. 1592. (69. Collegiatae Canonici possunt juxta eorum consuetudinem deferre Crucem propriam in processione, dummodo dignorem, et ultimum locum relinquunt Clero Ecclesiæ Cathedralis. Sac. Rituum Congregat. in Anconitana 24. August. 1609. (70. Collegiata non debet accedere ad Ecclesiam Parochialem ad faciendam benedictionem, et distributionem Candelarum, et Palmarum, non obstante consuetudine. Sac. Rit. Congregat. in Hostiensis Core 29. April. 1607. (71. In Ecclesia Collegiata possunt Divina persolveri citius, quam in Cathedrali. Sac. Congr. Episc. in Bononiensi 3. Dec. 1602. (72. Numerus trium Canoniorum congruus est ad Collegiatam constituendam. Rota in Asculana Plebania 13. Januar. 1624. coram Merlino, et cum multis aliis Barbosa lib. 2. Juris Eccles. cap. 6. n. 8 et 9. (73. Qui si recesserint, vel saltem de præsentibus non existat Collegiata, adhuc tamen sufficit illam habitu esse, ad hoc ut censeri debeat Collegiata. Rota in Cremonensi Præpositura 25. Febr. 1622. cor. Rambaldo, et part. 6. recent. dec. 221. num. 25. et 26. Barbosa loc. cit. cum aliis. (74. Collegiata adhuc dicitur, et gaudet privilegiis, deficientibus omnibus illius Canonice, et tantum uno remanente. Sac. Congr. Concil. sub die 6. April. 1621. (75. Ecclesia Parochialis erigi potest in Collegiatam, et nihilominus Cura remanere penes Parochum, prout antea erat, non autem in Collegium, vel Dignitatem transferri. Rota in Mediolanensi Jurium Parochialium coram Matth. 10. part. 19. tom. 1. recent. dec. 224. n. 24. (76. Collegiata antiquior, quæ habet insignitatem a Jure præfertur habenti insignitatem ex privilegio posteriori. Sac. Rituum Congregat. in Civitatis Castellanae Præcedentia 13. Februarii 1700. et in Novariensi 8. Maii ejusdem anni 1700.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(77. Frequenter de eo disputari solet, an aliqua Ecclesia sit Collegiata? (78. Jam vero si erectio Ecclesiæ in Collegiatam reservata est S. Sedi, non aliter probari potest, Ecclesiam aliquam esse Collegiatam, quam Apostolico Privilegio, vel saltem præsumpto, inde scilicet eruto, quod fuerit Ecclesia, de qua quæstio est, per spatium immemorabile, aut centenarium habita pro Collegiata. Rota in Gerunden. Canonice 3. Martii 1727. cor. clar. mem. Calcagnin. (79. ubi quod Privilegium Apostolicum præsumi haud potest, quoties de tempore proximo prætensum illius expeditioni, de ipso doctum haud est occasione alterius litis, nec ejus notitia haberi potest, ex re-

volutione actorum Dataria, in quibus adnotari debuisset, quantumvis concessa per Secretariam Status, aut Brevium.

(80. Difficile vero est statuere, ex quibus Ecclesia habita dicenda sit Collegiata. (81. Datur enim Ecclesia communitativa, quæ in multis convenit cum Ecclesia Collegiata. (82. Quo circa nisi sciantur differentia intercedentes Ecclesiam Communitativam inter et Ecclesiam Collegiatam, facile haud est dijudicare, ex quibus habenda sit aliqua Ecclesia pro Collegiata.

(83. Quoad ea, quæ natura sua requirit unaqueque communitas, non differt Ecclesia communitativa ab Ecclesia Collegiata. (84. Sigillum, stallum, communis massa, communis arca, Archivium commune, locus certus, tum signum sese congregandi, statuta, juramentum de iis servandis, liber resolutionum, et alia id genus utpote propria uniuscujusque Communitatis, non solum conveniunt Ecclesiæ Collegiatae, sed et Ecclesiæ communitativæ. Rota in Celson. Admission. 5. Jul. 1751. § 4. cor. Illustriss. Migazzi in Barchinonen. Collegii. 9. Maii 1755. § 5. coram Reverendissimo P. D. Busio Decano. (85. Quocirca ex his sustineri nequit, Ecclesiam aliquam habitam esse pro Collegiata, (86. et quidem etiamsi præterea tributa sit Ecclesiæ denominatio Collegiatae, et Beneficiatis illa Canoniorum. Rota in Thelesina Collegiatae 4. Julii 1757. coram Eminentissimo Crescentio.

(87. Differt vero Ecclesia Communitativa ab Ecclesia Collegiata, quod in Ecclesia Communitativa nequeunt esse Dignitates, ut tradunt Fagnan. in cap. Ut Abbates num. 23. de etat. et qualit. Thomassin. de veter. et nov. Eccles. Disciplin. tom. 1. lib. 2. cap. 8. n. 8. et rescripsit Sacra Congregatio Concilii interpres in Cassanen. Matricitalis 5. Aprilis 1756. ad dub. 5. (88. et sic locus esse nequit Regulæ quartæ Cancellariæ perpetuo reservanti S. Sedi primam Dignitatem Ecclesiarum Cathedralium, et Collegiatarum. (89. In Ecclesia autem Collegiata non solum esse possunt Dignitates, sed esse debet una saltem Dignitas, eaque juxta mox dictam Regulam quartam perpetuo S. Sedi reservata. (90. Insignia non conveniunt Beneficiatis Ecclesiæ Communitativæ, at conveniunt Canonice Ecclesiæ Collegiatae. Rigant. in comment. ad Regul. IV. Cancellar. § 2. n. 92. (91. Executio Litterarum Apostolicarum numquam committitur a Summo Pontifice Beneficiatis Ecclesiæ Communitativæ, at committi solet Canonice Ecclesiæ Collegiatae. Rota in recent. dec. 234. n. 6. part. 16. cor. Molin. dec. 156. n. 11. (92. Sunt etiam qui tenent, ad residentiam præcisam de jure non teneri Beneficiatos Ecclesiæ Collegiatae. Sed dicemus de hoc in addit. ad verb. Residentia. (93. Quod si concurrant, et quidem per tempus legitimum, ea quæ æque conveniunt Ecclesiæ Communitativæ, ac Ecclesiæ Collegiatae, tum hæc quæ proprie dumtaxat sunt Ecclesiæ Colleg. concludi potest, aliquam Ecclesiam esse Collegiatam privilegio Apostolico præsumpto. Confe-

Rigant. loco mox citato a n. 43. ad fin. ubi quod Rota variavit in hac materia.

(94. Recte monet idem Auctor n. 39. rigide inquirendum de Collegialitate, si de ea quæstio sit ad omnes effectus; secus vero si de ipsa disputari contingat incidenter ad unum, vel alterum effectum.

ADDITIONES NOVISSIMÆ.

(95. Collegium vel Universitas tamquam repræsentans unam personam non dicitur aliquid fecisse, nisi omnes, vel major ejus pars consenserint.

(96. Et si vota scindantur in duas partes æquales; non ideo constituunt duo Collegia, vel duas Universitates.

(97. Collegium vel Universitas habens jus patronatus, si dividatur in duas partes habentes æqualia vota, quarum una unum, alia alium præsentet, utraque valet, et est locus gratificationi, pensatis meritis utriusque præsentati. Ita Lambertinus de Jurepatr. l. 2. par. 2. q. 3. art. 8. num. 10.

(98. Scissa Universitate vel Collegio in duas partes habentes æqualia vota circa præsentationem, adhuc illa pars dicitur major et sanior, quæ præsentavit digniorem; ratio est, quia majoritas et sanioritas non coalescit tantum ex numero, sed etiam ex meritis electi, et dignitate eligentium, cum quibus in paritate numeri efficitur major et sanior pars, ut relatis antiquioribus, firmavit Rota coram Cerro decis. 26. num. 33 et 34.

(99. Si autem cum paritate votorum concurrat paritas meritorum in præsentatis, electio non est conclusa, nec est locus gratificationi Ordinarii, aut alterius inferioris a Papa; juxta Glossa in cap. Ecclesia vestra 57. de elect. quam ibi explicant Joan. Andreas, et Abb. num. 13. circa finem vers. dicit.

(100. Præsentati ab Universitate vel Collegio, si paria vota bis in scrutinio uterque sortitus sit, Papa solus potest gratificare, etiam pendente termino ad eligendum; inferior vero non potest gratificare, sed tantum providere jure devoluto, elapso dicto termino. Ita Loth. et Panorm. in dicto cap. Ecclesia vestra num. 13. in fin. vers. Sed si potestas eligendi.

(101. Pendente termino ad eligendum, potest Collegium vel Universitas, toties quoties sibi videbitur, iterare scrutinium, donec sequatur electio per majorem partem.

COLOR PARAMENTORUM

Vide verb. PARAMENTA SACRA, a n. 25. ad 28.

COMA FICTITIA.

SUMMARIUM.

1. Coma fictitia, seu adscititia, vulgo Parrucca, est Personis Ecclesiasticis prohibita. — 2. Nec valet consuetudo contraria. — 3. Referuntur varii Summi Pontifices, qui eam per specialia Edicta sub gravibus penis interdixerunt. — 4. Afferuntur verba Edicti Clementis IX. — 5. Afferuntur verba Edicti Innocentii XI. — 6. Afferuntur verba Edicti Innocentii XII. — 7. Afferuntur verba alterius Edicti Innocentii XII. — 8. Quæ omnia Edicta confirmata

(102. Potest etiam, durante termino, adiri Superior, ut compellat ad concordandum intra certum terminum, quo elapso, ad ipsum devolvatur electio, ut docuit Glossa in cap. penult. in 6. verb. tenentur.

(103. Patroni plures singulares si discordent in præsentatione, fit locus gratificationi; secus quando illi plures constituunt unicam vocem individuum, ut in Universitate et Collegio, quia tunc attenditur tantum factum a majori parte; et si partes sunt æquales, nulla dici potest facta præsentatio. Rot. Decis. 148. num. 10. penes Vivian. de Jurepatronat.

(104. Ideo hoc casu nulla esset provisio Apostolica facta, pendente termino ad præsentandum, favore unius ex præsentatis.

(105. Jura Collegii remanent etiam in uno, et apud ipsum stat nomen totius Universitatis.

(106. Ad extinguendum Collegium actu, attenditur factum de facto, sed in habitu attenditur factum de jure.

(107. Destructio Collegii, per desuetudinem seu rerum naturam, æquiparatur destructioni factæ de jure.

(108. Præpositus ubi adest, regulariter indicat, se fuisse caput Collegii; quod procedit, concurrente circumstantia, quod sub eo antiquitus aderant Canonici tamquam membra ipsius Corporis.

(109. Nomen Præpositi per se non adaptatur Parocho, vel Plebano; potest tamen esse Parochus, retento nomine Præpositi, ex quo cura animarum est penes Collegium, et exercetur per Præpositum tamquam caput ejusdem.

(110. Acclamatio, seu congratulatio Vocalium post electionem factam cum majori parte respectu minoris, vim habet Collegialis approbationis; sic sæpe decisum fuit per Rotam in Leodien. Præposituræ 3. Martii 1648. § finali coram Albergato, et 2. Junii 1687. § finali, et 26. Januarii 1681. § finali coram Benincasa.

(111. Ex dispositione Juris communis electio Prælati in Collegiata pertinet ad Collegium, seu Capitulum; ex cap. In Genesi, et cap. In veteri, de election. quod affirmant quoque Cardinal. de Luca de Benefic. disc. 12. num. 13. Garzias de Benefic. part. 5. cap. 5. n. 58. et seqq. et Rota dec. 32. n. 8.

fuerunt a Clemente XI. ad n. 11. — 12. Afferuntur verba Edicti Benedicti XIII. confirmativi omnium supradictorum. — 13. Tales Comas fictitias, seu Capillitia adscititia pluries prohibuit expresse Sac. Cong. Concilii. — 14. Hinc plurimi, ac gravissimi Doctores tenent, Clericos præsertim in Sacris constitutos, vel Beneficiatos deferentes Comam adscititiam peccare mortaliter. — 15. Zelantes Episcopi in suis Synodis Edictis sub gravibus penis gestationem Comæ fictitiæ solent prohibere, reservata sibi facultate, eam permittendi illis, qui medicorum ju-

dicio valetudinis causa ipsa indigent. — 16. Caveant tamen Episcopi, ne hanc veniam elargiantur, nisi præter causam, etiam Comam ipsam, quam Clerici gestare cupiunt, diligenter examinaverint. — 17. 18. Non possunt tamen Episcopi ulli Sacerdoti licentiam concedere, ut cum Coma fictitia Missam

(1. Coma fictitia, seu adscititia, vulgo Parrucca, est Personis Ecclesiasticis interdicta. Sic sæpe sæpius statuerunt Summi Pontifices, Concilia, tum Generalia, tum Provincialia, tum Synodalia, adeo ut a Caston. in Tractatu de Corona, Tonsura, et Habitu Clericorum, a Clericato in Miscellan. dec. 109. n. 5. et ab Ursaya tom. 4. part. 1. discept. 20. n. 54. numerentur ad id Decreta 16. Bullarum Apostolicarum, 10. Conciliorum Generalium, Provincialium 136. Synodaliū 252.

(2. Nec valet consuetudo contraria, ut optime Clericus loc. cit. præcisit his verbis: « Nec suffragari potest contraria consuetudo particularium Personarum, vel locorum, quia hæc tamquam abusus, et corruptela, ubique terrarum declarata est, ac damnata infinitis propemodum Constitutionibus, quas collegit Caston. Chamillard. in Tractatu de Corona, Tonsura, et Habitu Cleric. in quo leguntur Decreta. 16. Bullarum Apostolicarum, 10. Conciliorum Generalium, Provincialium 136. Synodaliū 252. et ulterius referuntur plurimæ SS. Patrum sententiæ, Principum, ac Senatum Edicta, Theologorum, ac Canonistarum allegationes in condemnationem Clericorum relaxantium Comam. Neminem vero latet invalidam nulliusque roboris esse consuetudinem (quamvis centenariam, et immemorabilem) quæ declarata est abusus, et corruptela. »

(3. Hinc Clemens IX. Innocentius XI. Innocentius XII. Clemens XI. Benedictus XIII. per specialia Edicta sub gravibus penis interdixere Personis Ecclesiasticis tales fictitias comas, seu adscititia Capillitia.

(4. Verba Edicti sanct. mem. Clem. IX. sub die 29. Junii 1667. sunt sequentia: « Comanda, che non sia permesso ec. non avere la Chierica, Corona Ecclesiastica ec. e senza Zazzera, o Capigliatura, e questo sotto pena di Scudi dieci d' applicarsi ad opere pie, e Luoghi Pii conforme al solito. »

(5. Verba edicti san. mem. Innocentii XI. sub die 10. Octobris 1681. sunt: « Che la Chierica si veda, e li Capelli sieno corti, accio non resti coperta, et si distingua il Sacerdote per la Tonsura e Abito. »

(6. Verba Edicti san. mem. Innocentii XII. sub die 20. Nov. 1691. sunt sequentia: « Si ordina parimente e comanda, che nessun Sacerdote o Chierico ancora di prima Tonsura come sopra, porti Zazzera, o Capigliatura, e nemmeno Zazzera, o Capelli finti chiamata volgarmente Parrucca, che cuopra la fronte, e l' orecchie sotto pena ec. per qualsivoglia volta si trasgredira, della carcere, e di scudi dieci d' applicarsi ad opere, e Luoghi Pii. »

(7. Verba Edicti ejusdem san. mem. Innocentii XII. sub die 31. Martii 1699. sunt hæc: « Che verun Sacerdote, o ordinato in

celebret. — 19. Quæ dispensatio neque ab Episcopis, neque a Legatis Sedis Apostolicæ concedi potest. — 20. Episcopi justa de causa potestatem facere queunt Clericis gerendi Comam fictitiam. — 21. De differentia Comam fictitiam inter ac circulum Capillorum. Remissive.

Sacris, o ancora Chierico di prima Tonsura, come sopra, porti Zazzera, o Capigliatura, che cuopra la fronte, e le orecchie sotto pena in ciascheduno di detti casi, e per qualsivoglia volta, che si trasgredira, di dieci Scudi d' applicarsi ad Opere e Luoghi Pii, ed altrettanti giorni di carcere. Che non permettono ec. che il Sacerdote celebri con Capigliatura finta detta comunemente Parrucca sotto pena tanto a' medesimi deputati, o Sagrestani come sopra, quanto a' Sacerdoti, che celebrano in qualsivoglia di detti casi, della Sospensione da' Divini Offizj da incorrersi ipso facto senza altra dichiarazione. »

(8. Quæ Edicta confirmata fuerunt a san. mem. Clemente XI. die 7. Decembris 1706. sequentibus verbis: « Primieramente col presente Editto si rinnovano gli altri sopra tal maniera publicati, ed in specie li 29. Giugno 1667. e li 10. Ottobre 1681. e li 20. Novembre 1691. e li 22. Novembre 1696. e li 31. Marzo 1699. dalli Sommi Pontefici Clemente IX., Innocentio XI. ed Innocentio XII. ec. »

« Si ordina parimente, e comanda che verun Sacerdote, ed ordinato in Sacris, o ancora Chierico di prima Tonsura, come sopra, porti Zazzera, o Capigliatura, che cuopra la fronte, e l' orecchie sotto pena in ciascheduno di detti casi, e per qualsivoglia volta, che si trasgredira, di dieci Scudi d' applicarsi subito all' Opere, e Luoghi Pii, e d' altrettanti giorni di carcere. Potendo in oltre esser certi quelli, che contravverranno, che la loro disobbedienza sarà ad essi di totale impedimento per conseguire qualsivoglia Beneficio, o Officio Ecclesiastico. » (10. Nec non die 18. Jun. 1714. sequentibus verbis: « Che non si permetta che alcun Sacerdote celebri con Capigliatura finta detta comunemente Parrucca. Altrimenti incorreranno nella Sospensione ipso facto secondo l'ultimo Editto. »

(11. Immo idem san. mem. Clem. XI. quoad obligatos ad Chorum in Urbis Basilicis, et Collegiatis Ecclesiis die 4. Maii 1701. per organum Congregationis Visitat. Apostolicæ sequens publicavit præceptum punctualissimæ exequutioni usque ad hodie demandatum, et registratum in Lib. Decret. ejusdem Sacræ Congregationis ab ann. 1692. usque ad annum 1705. fol. 154.

« Considerando la Santità di N. S. Papa Clemente XI. quello, che da' Sacri Canonici, dal Sacro Concilio di Trento, e da altre Ordinazioni Apostoliche si prescrive sopra la moderazione, e congrua Tonsura di Capelli delle Persone Ecclesiastiche, e riconoscendosi dalla S. S. quanto repugni alla disposizione de' medesimi Sacri Canonici, e sia disconveniente ed indecente a chiunque professata stato Clericale, usare Capelliere finte